

Multa cum acerbitate insurrexit et inpudentiam et sive infamem turpitudinem sive deformitatem voltus volens exprobrare non tantum *sine rubore*, verum etiam *sine ore* P. Clodium dixit: nam traditur forma inliberali is fuisse.

5 Sic enim homines egentes et turbarum cupidi loquebantur: O virum \*usuum. Frgm.  
III

... Rumigerantium sermones rettulit, qui cum summum vigorem constantiae Clodio adscribissent, quod audacius Pompeio repugnaret, post eundem humili satisfactione depositum contemptui ducerent.

10 Maledicere autem, immo vero domo principem civem vi et metu continere. Frgm.  
IV

... iv. Sub eadem figura τ ... verbum retraxit per quandam correctionem. Notissimum est autem 15 P. Clodium <insidiatum> esse Pompeio. Id ipsum testificatur et in aliis quidem retro habitis orationibus et multo plenius ac manifestius pro Milone.

Ut quas haberet in vestibulo tabulas refigeret. Frgm.  
V

20 Post eiectum Ciceronem velut criminum eius elogia proscriberat Clodius et easdem tabulas in vestibulo domus suae fixerat. De quibus nunc loqui videtur easque contendit, quoniam falsae sint et calumniosae, pro nihilo esse ducendas nec ullam sibi ex iis invidiam per- 25 timescendam, qui et in senatus consultis nihil mentitus sit et restitutionem meruerit.